P. Bernard.

Vituperium linguae.

XXIII.

Oratio prima.

Etsi Aedit: Aluman. tum ob singularem
loci huius opportunitatem, tum ob maximam conspect-
ūs vestri laetitiam, dieique ipsius ac temporis com-
modissimam ad perorandum aptitudinem aures ve-
stras ornato verborum lenocinio demulcere desi-
derem, tamen desiderium istud meum haud modico
pavore, terroreque quasi retorquet vehemens istum Am-
brosij viri, Praesulisque sive tam eximiam probitatis
sanctitatem, sive ad excellentem scientiae doctrina
clarissimi acclamatio: Plures namque (clamat)
vidi loquendo in peccatum cecidisse, vix quemdam
tacendo! Qua de causa vehementer vereor, ne
et ego loquendo peccati discrimen adeam, atque in-
curram, cum de re tali sim dicturus, quae et mor-
tem, et vitam conferre solet. Adhuc autem vehe-
mentius vereor, timeoque, ne vos taedio magis, quam
gaudio mihi auscultandi afficiam. Vehementissime